



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Cognatione Spirituali. Titvlvs XI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

DE COGNATIONE SPIRITUALI.

TITVLVS XI.

CAP. I.

Fili duorum comparum, per quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem, licite contrahunt, nisi consuetudo repugnet: separantur autem si per eorum alterum vel utrumque compaternitas est contrahenda. h. d. cum ea. super eo. infr. eod.

Alexander III. Saler. Archiepisc.

Verum autem si filii aut filiae ante vel post compaternitatem geniti possint ad invicem copulari, canones secundum diversorum locorum consuetudines contrarii inveniuntur. Et licet primus canon eandem edictus, natos post compaternitatem ad invicem copulari prohibeat: alter tamen canon posterius editus, primum videtur corrigere: per quem statuitur, ut si ante, siue post compaternitatem geniti sunt, simul possint conjugari, excepta illa persona duntaxat, per quam compaternitatem venit. Vnde nobis videtur, ut secundum posteriori canonem debeat observari: Nisi consuetudo ecclesiarum, quae scandalum generet, aliter se habere noscatur.

CAP. II.

Compaternitas scienter vel ignoranter superueniens inter conjuges, conjugium non dissolvit.

Idem eodem.

Vir vel mulier scienter, vel ignoranter filium suum de sacro fonte suscepit, an propter hoc separari debeat? Consult. r. t. respondem. quod quamvis generaliter sit institutum ut debeat separari, quidam tamen humanitus sentientes, aliter statuerunt. Ideo nobis videtur, quod si ex ignorantia, siue ex malitia id fecerit, non sicut ab invicem separandi, nec alter alteri debet subtrahere, nisi ad continentiam seruandam possint induci: quia si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusate videtur: si ex malitia, eis sua fraus non debet patrocinari vel dolus.

CAP. III.

Fili duorum comparum, per quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem, licite in vicem contrahunt matrimonium: si tamen subest consuetudo impediens, et dirimens talia matrimonium, seruanda est illa consuetudo. h. d. secundum intellectum magis communem, attingendo mentem capituli.

Idem Vigilien. Episcopo.

Super eo quod a nobis tua fraternitas requisivit de duorum comparum filiis: Respondemus, quod si tales filii fuerint, per quorum alterum, vel utrumque parentes ad compaternitatem venerunt, eos conjugii nulla ratione sustineas, & coniunctos Pontificali auctoritate non differas separare. Caterum si per neutrum eorum ad compaternitatem ventum fuerit, de his te volumus consuetudinem tuam metropolitana ecclesia vel aliarum circumpositarum inquirere, & diligentius imitari, ita quod si eisdem ecclesiae consuetudo habeat inter eos non sustinere conjugium fieri, nec factum summatim robari habere: tu simili modo in ecclesia tibi commissa conjugium huiusmodi fieri non permittas: & si quos taliter coniunctos inueneris, iuxta earundem ecclesiarum consuetudinem ipsos separare, & ab invicem non f. omittas. Verum si de consuetudine habeatur, ut talis conjugia permittantur, in ecclesia tua distimulare poteris, ita quod nec contradicere, nec tuum videtur praestare assensum: quia sicut grave est antiquam consuetudinem circumadacentium ecclesiarum super

a De mat. huius tit. prat. Deff. vid. Theol. & pra. alius B. Tho. & Sen. 4. sen. dist. 42. b Ca. 1. eod. tit. in 1. comp. & post Cons. Lat. sub Alex. III. p. 32. c. 1. c Ca. 2. eod. tit. in 1. comp. d Ca. 3. eod. tit. in 1. comp. Vid. Trid. Conc. in 1. citatum. e separari. f diuinitas.

his continere, sic quoque grauius videtur, si propter eam huiusmodi conjugium tuum indulges ad sensum, cum possit sic in exemplum adsumi.

CAP. IV.

Inter patrem baptizati & uxorem levantis prius ab eo cognitam, contrahitur compaternitas efficax ad matrimonium dirimendum.

Clemens III.

Martinus & Bertha duxit uxorem, Tebergam sibi copulavit Lotharius, qui Bertha & Martini filium de sacro fonte suscepit. L. vero & B. sublati de medio, M. cum T. praefata contraxit. Nos autem consult. r. t. duximus respondendum, quod cum secundum verbum Domini vir & mulier efficiantur per connubium una caro; liquidum est Tebergam non posse matrimonialiter copulari Martino, qui compater ejus fuerat, cum quo una caro Teberga noscitur extitisse.

CAP. V.

Compaternitas per catechismum contracta impedit matrimonium contrahendum, sed contractum non dirimit.

Idem.

Contracto matrimonio inter P. & A. uxorem suam, quidam consanguinei eiusdem A. contra matrimonium obiecerunt, quod eadem in primo sacrae salis pabulo filium quondam & concubinae ipsius P. tenuit: [ r. & infr. a. ] Verum, si constaret vera esse, quae diximus, non ideo tamen contractum matrimonium solueretur: quia res vix contrahendo matrimonio impedimentum adferret. Ideoque mandamus, quatenus praefato P. auctoritate nostra iungas, ut memoratam A. sicut uxorem maritali affectione pertractet, & carnale debitum ab ea licenter exigit & persolvat, siue ipsam ante matrimonium contractum cum P. siue postea confluxerit hoc egisse: dum tamen, si in fraudem hoc fecerit causa matrimonii separandi, poenitentiam pro praesumptione accipiat, matrimonio in sua firmitate durante.

[ 1 Cum fuit primum in ecclesia Dei institutum, & propter horum tuam praesentiam aduocatus, dicebant ipsam debere a viro per tuum iudicium separari. Tua vero, siue accepimus, causa non cognita in carnale commercium interdidit, prohibens etiam ipsi P. ne debitum ab uxore requireret. ]

CAP. VI.

Inter patrem baptizati & levantem seu tenentem baptismum, contrahitur cognatio spiritualis valida ad impedendum, & dirimendum matrimonium post contractum.

Innocentius III. Episcopo & Archidiacono.

Lincolen.

Veniens ad Apostolicam sedem C. & Anglicus: [ r. & 7. ] Mandamus, quatenus, si confluxerit H. mulierem praedicti viri filium de sacro fonte leuasse antequam eam desponsasset uxorem, vos inter eos divorcium app. postposita celebretis.

[ 1 Narratio, nobis exposuit, quod cum olim in adolescentia constitutus mulieri cuidam adhaesisset, quam tamen quidam alius ante cognouerat, de consilio matris suae factum est, ut eadem mulier quendam puerum, quem de alia filia ipse susceperat, de sacro fonte leuaret, ad susceptionem & infansiam utriusque delendam. Deinde vero cum in eius amore vehementius exarderet, absque consilio amicorum eam clanculo desponsauit. Cumq. prolem ex ea procreare non posset, & increpatione a patre suo grauisimas sustineret, quod eam desponsando deliquerat, reuoluit in amicum, ipsa dimissa, causa orationis Hierosolymam est profectus. Verum cum idem rediens de partibus transmarinis, prolem eam suscepisset ab alio inuenisset, et noluit adhaerere: sed propter adulterium quod commisisse rater videbatur, ea omnino dimissa, ad longinquam

a Cap. 1. eo. tit. in 2. comp. b Ca. 2. eod. tit. in 2. comp. Vid. citatos in c. proximo praecedenti. c al. quondam. d Ca. 2. eod. tit. in 3. comp. concordat. Conc. Trid. sess. 24. de refor. matr. ca. 3. adde citatos in superioribus. e E.



se transfusa regionem: & ab Ebuzio. tandem veniens civitatem, quandam ibidem cum terra & dote decenti sibi matrimonialiter copularunt, de qua prolem se concessit esse suscepisse. Ea propter s. v. per Apost. sed.]

CAP. VII.

Si filii duorum compatrum, per quorum alterum deventum est ad compaternitatem, matrimonium contrahant, separantur: & tempore contractus scientes impedimentum, illud denunciare tenentur. Idem Magistro S. Cano. Herforden.

**T**va a nos duxit dilectio consulendos, an natus ante compaternitatem, filium compatris patris sui vel commatris sibi possit matrimonialiter copulare? & si b contraxit, an debeant separari? & an consueti talis matrimonii teneantur illud in publico accusare? Super quo respondemus, quod huiusmodi personæ non possunt matrimonium contrahere: & si contraxerint, possunt ab invicem separari: & qui contractum sciverint, debent ecclesiæ illud nunciare.

CAP. VIII.

Inter baptismum & filium baptizantis, oritur cognatio spiritalis, impediens & dirimens matrimonium inter eos contrahendum, h. d.

Gregorius IX.

**E**x literis a vestris accepimus, quod cum Martha mulier coram officiali Cantuarien. Alanum peteret in virum, & se adidatam ab eo accamalter cognitam per testes idoneos probavisset: dictorum tandem testium depositionibus publicatis, idem A. excipiendo proposuit, quod eam habere non poterat in uxorem, pro eo quod ipsum pater mulieris ejusdem, qui sacerdos extitit d. baptizavit. Sed cum idem officialis exceptione huiusmodi non admittenda tulerit sententiam contra ipsum, & idem ad sedem Apostolicam appellaverit: Mandatumus, quatenus si est ita, eundem A. super hoc ab impetitione mulieris absolvas ipsius, eidem mulieri perpetuum silentium imponentes.

DE COGNATIONE a

legali.

TITVLVS XII.

CAP. I.

Inter adoptivum & filium adoptantis non potest durante adoptione consistere matrimonium.

Nicolaus ad consulta Bulgarorum.

**S**i qua f per adoptionem mihi soror esse coeperit, quamdiu durat adoptio inter me & ipsam, nuptiæ consistere non possunt.

DE EO q QUI COGNOVIT CONSANGUINEAM UXORIS SUÆ, VEL SPONSA.

TITVLVS XIII.

CAP. I.

Affinitas superveniens post matrimonium contractum non solvit matrimonium, sed exactionem debiti impedit, & crimen incestus inhabilitat quoad matrimonium contrahendum.

Ex Concilio apud h. Metiam.

**S**iquis i cum filiastra sua scienter fornicatus fuerit, nec a matre debitum petere, nec filiam unquam

a Cap. 2. eod. tit. in 3. comp. Vid. Sot. 4. sent. dist. 42. q. 1. art. 3. b contraxerint. c Ca. 1. De cogn. spir. l. 6. B. Thom. 4. sent. dist. 42. q. 1. art. 2. & Durandum ead. dist. q. 1. d extiterat. e vid. Magistr. 4. sent. dist. 42. & ibi sp. Thom. 3. art. 1. 2. & 3. & Durandum q. 1. f C. 1. eo. tit. in 1. comp. g Vid. Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 4. h Med. al. Mentian. i C. 1. eod. tit. in 1. compil. Vid. Burch. l. 19. decr. c. 5. tit. de fornicatione, &c.

habere potest uxorem: nec filiastra, nec illa ullo unquam tempore alii, se poterunt matrimonio copulare.

CAP. II.

Affinitas superveniens etiam per illicitum coitum, dissolvit sponsalia de futuro, sed non matrimonium: & incestuosus contrahere non potest.

Alexander III. Peñaven. Episcopo.

**V**eniens a ad nos presentium latores: [ 1 & 7. ] Inquit. t. resp. quod si matrem sponsæ suæ cognovit, & b sponsæ nunquam carnaliter adhaesit, imponenda est ei poenitentia paulò major, quam pro adulterio: qua peccata, vel parte ipsius, poterit ex dispensatione, cum alia matrimonium contrahere. Ceterum si sponsam cognovit, antequam matrem vel post, nunquam eam, vel aliam potest accipere in uxorem.

[ 1 Nobis tuas f. literas presentavit, ex quarum tenore respondimus, quod quandam in uxorem duxerat, quam quidam susceperunt per mensen quo eam duxerat non cognoscere. Continuo eadem, sicut dicit, quod pater sponsæ duxit uxorem suam qua sponsæ mater erat, quam in eius lecto facientem diabolo suadente cognovit. Transacto vero mense tam pater quam alii propinqui coegerunt, ut eum ea matrimonium consummaret, quod facere minuit domos tuas super hoc loqueretur.]

CAP. III.

Non separatur matrimonium ad dictum unius, adjecta affinitate inter conjuges processisse.

Idem.

**D**e illo c, qui uxorem fratris, antequam ei matrimonio jungeretur se proposuit cognovisse: Respondemus, quod nisi hoc publicum & notorium fuerit, auctoritate testibus comprobatum, prædictum matrimonium occasione illa ipsum impetere non permittit.

CAP. IV.

Incestuosus matrimonium contrahere non debet: sed si contrahat, tenet: & tunc tenetur reddere, sed non potest debitum exigere: & non minus tenetur uxori necessaria administrare.

Celestinus III.

**T**ransmisit a nobis tuæ literæ demonstrant, quod C. uxore sua defuncta, filiam eius privignam, videlicet propriam, copula carnali cognovit: postmodum aliam accipiens in uxorem, cum privigna publicè ræquam canis ad vomitum rediens, illicitam rem committere non expavit. Quia verò super his consilium requisisti, præfenti pagina respondemus, quod legitime uxorem cohabitans, & necessaria subministrans, non cognoscatur eam, quamdiu vixerit, nisi ab ea fuerit requisitus: & tunc ad ipsam non sine gravi cordis dolore accedat: qui etiam pro incestu & adulterio, donec cum ea poenitentiam fecerit, iuxta moderamen tui arbitri poenitentiam agens, postmodum si supervixerit, perpetuò sine spe conjugii permanebit.

CAP. V.

Non separatur matrimonium ad confessionem conjugum, quæcumque affinitatem præcessisse, etiam si numerus viciniae confusitas. Et est casus multum allegabilis & notabilis.

Idem.

**S**uper a eo, quod postulas, utrum conjugatus, qui ante contractum matrimonium uxoris suæ consanguineam carnali commixtione cognovit, cum id fateatur uterque, & aliqua pars viciniae hoc adclamare dicatur, sit ab uxore sua iudicio ecclesiæ separandus. Tuæ frater, respondemus f: quod propter eorum confessionem tantam, vel rumorem viciniae, separari non debet: cum & quandoque nonnulli inter se contra matrimonium velint colludere, & ad confessionem

a Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. & post conc. Later. p. 12. cap. 4. b al. si sponsa. c Ca. 2. eod. tit. in 2. comp. d Ca. 3. eod. tit. in 2. comp. Præ alii vid. Sot. 4. sent. dist. 37. q. 1. art. 3. e Ca. 4. eod. tit. in 1. compil. f rescribimus. incellus

